Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



pristinam loquelam recipiet Inter hec verba superuenit
regina audierat enim regem positum in merore
que vt doloris causam cognouit Consiliumque amicorum
vltio se offert regi dicens quia ipsa lucinium in suis
recipet thalamium exhibetque ei quicquid consulerent
Spondetque ei lingue officium redditura Confortatus
ergo rex bonum iudicat consilium amicorum gratias de ob-
lato officio offert regine Juratque per deos suos quod si hoc
efficere posset regnum proprium dimidiabit Gradidit
ergo regine lucinium Mandauitque regibus et principibus
quod ipse preditus negotiis filium vsque in septimam non
posset coronare

24. Regina autem susceptum lucinium suis virginibus
sociauit summa cura laborans vt quod regi
promiserat effectum manciparet Elegit ergo
ex tota ciuitate virguncularum pulcherrimas que
propriis vocibus musicisque instrumentis canere nosset
hasque suis virginibus copulauit precipiens omnibus
vt decenter ornate lucinio die noctuque insisterent
eumque quibuscumque possent modis ad leticiam et ad v-
sum veneris prouocarent Nullam virginalis pudor
retraheret nulla ibi sinum nullaque gremium prohibet
Ille vero lote futate coloribus vngentis varijs
delinite amicte splendidis preciosisque vestibus lu-
cinio vt preceperat regina assistebant ministrabantque
ei et nunc quidem illum dulci citharis sono nunc
modulis vocum amatorijs verbis Nunc amplexibus